Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25888
Copyright: Admont, Benediktinerstift



nos redimeret ab omni iniquitate ⁊ mundaret sibi ꝑ'ni
acceptabilem sectatorem bonor operum Hec loquere et
exhortare in xpo ihu domino nostro GRO Eum principium
in die virtutis tue in splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te
V Dixit dominus domino meo sede a dexteris meis donec ponam inimicos tu
os scabellum pedum tuorum Alla V Dominus dixit ad me filius meus es tu ego
hodie genui te Sequentia G Aures nunc omnes reddamus domino deo
qui sua natiuitate nos liberauit de diabolica potestate Huic oportet
ut canamus cum angelis semper gloria in excelsis Sequentia lucam
Exiit edictum a cesare augusto ut describeretur universus
orbis Hec descriptio prima facta est a preside syrie cyrino
Et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam ciuitatem Ascen
dit autem ⁊ ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudea ⁊
ciuitatem dauid que uocatur bethlehem eo quod esset de do
mo et familia dauid ut profiteretur cum maria desponsata sibi
uxore pregnante Factum est autem cum essent ibi impleti sunt
dies eius ut pareret et peperit filium suum primogenitum Et pan
nis eum inuolut ⁊ reclinauit eum in presepio quia non erat
ei locus in diuersorio Et pastores erant in regione eadem vi
gilantes et custodientes uigilias noctis super gregem suum
Et ecce angelus dni stetit iuxta illos Et claritas dei circumful
sit illos et timuerunt timore magno Et dixit illis angelus
Nolite timere Ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum
quod erit omni plo quia natus est uobis hodie saluator
qui est xpc dns in ciuitate dauid Et uobis hoc signum Inue
nietis infantem pannis inuolutum et positum in presepio
Et subito facta est cum angelo multitudo celestis militie ex
ercitus laudantium et dicentium Gloria in altissimis deo ⁊ in terra pax
hominibus bone uoluntatis OFF Letentur celi ⁊ exultet terra ante
faciem domini quia venit Cantate domino canticum nouum cantate domino omnis
terra Cantate domino ⁊ benedicite nomen eius bene in ueritate de die in diem
salutare eius Secret Acepta tibi sit oblatio domine hodierne festiuitatis